Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Inquisitor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

Visual Library

4 Licitum eſt improperium cauſa correctionis, vt verbera.

5 Duorum ſe inuicem offendentium, ſi æqualiter, debet qui prior offendit reconciliari, alioqui, qui grauiùs.

6 Contumelia inter fœminas, aut viles perſonas, non ſemper eſt mortalis.

7 Contumelia qua aliorum profectus impeditur ferenda non eſt.

8 Deriſio ob contemptum grauior eſt contumelia, hæc autem grauior detractione.

Inquiſitor, vide iudiciales actus.

Interdictum, vide Epiſcopus, Suſpenſio.

1 INterdictum etiam ab eo, qui poſuit, ſeruandum eſt: alioqui pœna ligatur, niſi ſit Papa, aut ſecundum quoſdam, niſi ſecum diſpenſet.

* De interdicto *F. Felicianus. Viual. Nau. c. 27. Coua in c. Alma. p. 2. & l. 2. var. reſol. c. 8. Sayrus. l. 5. Philiarcus p. 1. c. 3. lib. 4. Sot. 4. d. 22. q. 2. & alij.*

* *Vide Sylu. Interdictum 2. num. 2. Sayrum l. 5. c. 3. num. 28.*

2 Poſitum donec aliquid fiat, eo facto ceſſat, ſicut & ſuſpenſio: item ad certum tempus poſitum, poſtea ceſſat.

3 Interdictum non ſeruandum, niſi ſit denũciatum contra certum locum, aut perſonam: nec poteſt quis denunciari interdictus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN